



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

S. Mariæ Et S. Lebvini Collegium Cathedrale Dauentriense, in Germania inferiore, & alia collegia d. Dauentriensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPVT C.

COLLEGIVM S. MARIAE DE ROSCIDA  
*valle, in Nauarra.*

**S**anctius Vasconū, siue Nauarræ Rex, ex-  
struxit sumptuosum Deiparæ templum  
ac collegium in loco *Roscida Vallis* nuncupato;  
in quo ipse mortalis vitæ anno 1234. 7. Idus  
Aprilis vinculis est expeditus. Locum hunc  
Canonici diuinas laudes perpetuò concenturi  
excolendum acceperunt. Vide Marianam li.  
12. c. 16. Rerum Hispaniæ.

## CAPVT CI.

S. MARIAE ET S. LEBVINI COL-  
*legium Cathedrale Dauentriense, in Ger-*  
*mania inferiore, & alia collegia d.*  
*Dauentriensis.*

**A**Multis retrò seculis fuit insigne apud  
Dauentrienses collegium Canoniorū:  
in qua vrbe & Episcopi Ultraiectini aliquan-  
do sedem suam habuerunt, temporibus præ-  
fertim periculosis, vt Ioannes Becanus in hi-  
storia Episcoporum Ultraiectensium tradit.  
Quapropter vt Middelburgi, sic etiam Da-  
uentriæ, Episcopali duntaxat dote opus fuit,  
ad Cathedram Episcopalem an. 1559. erigen-  
dam. In quam dotem Philippus II. Rex Ca-  
tholicus adsignauit monasterium Canoniorū

M 5 Regu-

## SANCTI CLEMENTIS COLLEGIVM

*Steinuicatum.*

**S**teinuicus opidum est Frisiæ occidentalis, in quo collegium duodecim Canonicoꝝ fundauit *Henricus* Episcopus Ultraiectionus, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

## CAPVT CII.

## SANCTAE MONEGVNDIS COLLEGIVM

*Chimacense, in Hannonia.*

**S**Monegundis Virginis historiã S. Gregorius Turonensis descripsit. Natale eius tãquam festum solenne Chimaci celebratur secundo die Iulij postposito festo Visitationis Mariæ; eo quod collegiata dictæ vrbis Ecclesia consecrata sit in honorem D. Monegundis, eiusq; reliquijs exornata fuerit, quas duo Canonici in solemnibus processionibus circũferre solent in loculo argẽteo deaurato.

Simili ferè pietate S. Priscæ dies natalis ad diem 18. Ianuarij colitur, & reliquiæ in argenteo portabili loculo honorabantur. Sed vtriusq; reliquiæ sub Caroli Quinti imperio perierunt, anno quinquagesimo secundo, Francis urbem incenditibus. In medio tamen chori sculptura superest Gallicis verbis, quæ Latinè sonant, *Hic iacet nobilis homo Iannes, Comes Suesionensis dominus Chimac-*

*Chima-*